MONUMENTA
GERMANIAE

6. Abschrift [illegible]. f. 243c

"Erat quidam Rex Anthyochus nomine, a quo civitas nomen accepit Antyochia. Hic habuit ex amissa conjuge filiam virginem speciosissimam, in qua natura rerum nihil erraverat nisi quod mortalem statuerat. Que cum pervenisset ad nubilem etatem et specie pulchritudinis cresceret, multi eam in matrimonium poscebant seu postulabant et cum magna dotis pollicitatione currebant. Sed cum pater deliberaret, cui potentissimo filiam in matrimonium daret, cogente inique cupidinis flamma incidit in amorem filie sue et cepit eam plus diligere quam patrem oporteret. Qui cum luctaretur cum furore, pugnaret cum dolore, pudor vincitur ab amore: excidit illa pietas et oblitus se esse patrem induit conjugem. — Et ait Domine Rex Memoresti Clamiti servo tuo et apprehendens manum ejus appollonius erexit eum fecitque divitem et ordinavit Comitem. His expletis genuit de conjuge sua filium quem in loco Archistratis Avi sui constituit Regem. Pie conjuge sua vixit annis LXIIII° et tenuit Regnum Antyochie et Tyri et Cyrenensium; omni tempore quiete vixit et casus laborum suorum ipse descripsit. Sed et duo volumina perfecit unum in templo Ephesorum, Alterum Bybliothece sue in volumine se compilavit f. 259.a

Explicit cronica Bohemie.

M° CCC° XCI°